



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Stvdio Perfectionis Libri Dvo

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

XXX. Perfectionem non consistere in Dei Inactione animæ nostræ
essentiam delapsa, omni humana actione exclusa: amorem etiam
concupiscentiæ non esse Perfectionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

CAP. XXX.

PERFECTIONEM non consistere in Dei
 inactione in anima nostrae essentiam delapsa,
 omni humana actione exclusa: amorem
 etiam concupiscentiae non esse

PERFECTIO-
NEM.

Neotericus quidam PERFECTIÖNEM Neoterico-
 constituunt in Inactione seu actione Dei, rum senten-
 lapsa in essentiam animae Deo prorsus derelicta ve- tia de qua-
 ni in predam, ut de ea, quod libuerit, faciat. Qui a- sione Per-
 diuinus amoris infinitus ubi in animam illapsus fectionis.
 omnem actus nostri imperfectionem pellit; regnat.
 PERFECTIO, qua in actu nostro consistere non
 debet, sui proprii boni plus a quo appetentiore. Duo Inactio Dei
 namque illa Inactio connotata videtur. Primo, quid.
 exclusionem nostrae actionis, tanquam imper-
 et, & obnoxiae cupiditati amoris proprii: ut
 inactio idem sit quod non actio, seu actionis ne-
 gatio. Secundo, solius Dei actionem in animae
 nostrae essentiam illapsi, ibique agentis.

Quare actus fidei, spei, odij proprii, resignationis
 perfectissima, charitatis quantumcunque intensa, &
 quidem qua omnem defectum excludat, omnium
 virtutum desiderium, mandatorum quoque diuino-
 rum votum contineat, ardorem denique ac zelum pro-
 fundendi temporalia omnia, & vitam, patiendo quan-

tumlibet grauia tormenta, ad illustrandam *Dei* amorem r
 riam, dispositiones tantum sunt ad PERFECTI
 NEM; nec charitas illa PERFECTIO est, *scilicet* r
 Inactio que subsequitur, calidus demissa in *et* r
 anima deserta liberrimo Dei beneplacito. *Qua* r
 Inactio non est actus amoris elicitus, qualis *esset* r
 ratio, aut ardens in Deum desiderium, aut *ob* r
 etualis sui totius in obsequium diuinae *Maiestatis* r
 simplex sui desertio ac derelictio veluti *pro* r
 qui animam abripit, solo deserentis sese *prae* r
 su, ex quo de cetero anima passiuè se habeat, *scilicet* r
 maneat passio simplex sancta operationis, *amoris* r
 finiti. Et hæc Inactio omnium actionum, *quæ* r
 cunque perfectarum, finis est, non medium. *scilicet* r

Simile.

PERFECTIO vera non est. Explicant hoc *scilicet* r
 litudine puelli brachijs paternis continen- *te* r
 tarique gestientis: in quo puerulo duor- *um* r
 runt; desiderium hoc primum dunt axat, *et* r
 deinde, dum rapitur amore ac brachijs paternis *con* r
 hæc tantum initio; quod superest, actus Dei est, *scilicet* r
 suum exosculantis: in filio tamen lætitia *re* r
 gens, & complacentia duorum, basia, amoris *in* r
 vltro citroque deferentium.

Henrici de
Gandauso
sententia
de beatitu-
dine.
Quodlib.
13. q. 12.

2. Arbitror hos sententiam quorundam
 beatitudine conari ad viatores transferre
 centium hominem fieri beatum per quorundam
 vnionem diuinæ essentiæ cum essentia
 quam vocant illapsum; eamque conflari vi
 ris, qui amantem in amatum transformant
 ficacitatem habet maximam, auctore D. D.
 Areopagita. Modum vero hunc præsentis
 primum enim aiunt, animam Deum videtur

Lib. de cæl.
hier. c. 7.

PERFECT.
 andam Dei
 PERFECT
 o est,
 ssa in
 ro. Quae
 ualis esse
 t, aut
 Maieftati
 i proiecta
 e praeio
 abeat,
 nis, amor
 um, quae
 edium;
 icant hoc
 continet
 alo duo
 at, &
 s patet
 us Dei est
 tia refert
 , amor
 tuorum
 ansferre
 per qua
 flentia
 onflari
 nsforma
 ore D.
 c praefat
 m videt

amorem rapi; ex quo amore sequi intimam essentia-
 unionem, essentiamque anima vi amoris trahi in
 essentia divina abyssum; hanc inuadere ac penetrare,
 & ipsa à Deo inuaditur ac penetratur: quo fit, ut a-
 nima perfectius videat & amet, quam ante unionem
 essentiarum. Denique concludunt beatitudinem
 proprie non esse aliquid existens in beato, sed Deum i-
 sam esse beato unitum.

Pz ne simile est quod hi beatitudini viae ad-
 tribunt; in hoc tamen differunt, quod hi nul-
 lam operationem ponant post unionem illam,
 sed potius quietem, fruitionem, ac delectatio-
 nem, non ut luas, sed ut Dei actiones; illi vero &
 ante unionem illam beatificam, & post, eodem
 actus visionis amorisque requirunt, quanquam
 perfectiores post unionem. In illo quoque con- *Refert Ca-*
 tinent videntur, & maxime cum Ioanne à Ripa, *preol. in 3.*
 beatitudinem vult in quadam operatione *dist. 14. q. 1.*
 consistere, sed ea increata & infinita, intellectui
 communicata; ipsam namque visionem increa-
 tam, qua Deus se videt & possidet, communi-
 cat & vniri intellectui nostro, ut Deum videat: hi
 vero amorem communicari animae essentiae;
 tumque hominem perfectum censerit, quando
 operari sua operatione desinit. quod mirum ta-
 men dictum est, cum in essentia animae nulla pos-
 sit esse talis operatio, quae solis potentij tribue-
 ri potest. Verum actu increato non minus concin-
 de Deus operabitur, siquidem id fieri possit, in
 essentia animae, imo in aere, quam in potentij;
 nam actio increata Deus est, qui nec à loco, nec
 à potentia nostra dependet.

3. Frequens est hic loquendi modus quosdam spirituales viros, qui de Theologia mystica scripserunt: *Deum anima essentialiter uniri*; eam in Deum transfundi & transformationem cum Deo fieri sine medio. Quae modo intellecta Catholicum sensum admodum pariunt tamen nonnullis, qui distinguere sciunt, non paruas tenebras, & contentiones animum præbent non minimam, dum in loquendi quisque in suo sensu vult abire.

Animam Deo essentialiter uniri, quid. Id fit 3. modis.

- Hac occasione illud explicabo quid sit, *Deo essentialiter uniri*. Multa magnaque aspectu dici videntur, nihil tamen vel vel novi. Quid illud? Deum essentialiter esse ubique, ac omnibus intime adhaerentiam, existentiam, vitamque rebus tribuere; & hic est primus modus, quo Deus anima Deo coniungitur. Altero modo unitur animæ rationali per donum aliquod supernaturale, quo illam naturæ suæ participat; non tamen proxime & immediate essentialiter unitur, sed interiacente gratia alicuiusculi. Sic Patres ac Scholastici aiunt nos Deo uniri per fidem & caritatem. Unitur denique Deo virtutibus internis virtutum, quibus anima Deo propinquat, & affectibus ac desiderijs se Deo unicit, sicut duo amici vnus animus esse videntur. Etsi ergo per solam gratiam habet quispiam Deo coniunctus esse censetur, tamen magis per actus, qui vita partem naturæ humanæ, sunt ab habitibus virtutum (qui ad actionem referuntur, tanquam

ram tuam PERFECTIONEM) elicit; & qui-
 dem cum à nobis, tum à Deo, qui ad actus sin-
 gulos supernaturales singulariter concurrat p-
 manant. Hoc autem (vt rem paulo altius repera-
 mus) duplici ratione fieri posse videtur. Vna
 ordinaria est: cum nempe diuinum lumen intel-
 lectum nostrum præuenit, & Deus singulari
 gratia excitat voluntatem atque concursu suo
 cooperatur agendo; tum vt causa prima & vni-
 uersalis in ordine rerum naturalium; tum vt au-
 thor gratiæ, causaq; vniuersalis in genere rerum
 supernaturalium. Et quidem, quoad illam illu-
 minationem intellectus, aliquando momentanea
 est: sed tunc Deus, magnus artifex, tam multa
 tamque sublimia ac stupenda eo momento fug-
 gerit, vt ea multis diebus litteris mandari haud
 facile possit. Item tam efficaciter voluntatem
 breuissimo illo spatio mouet, tantamq; animus
 hauit lætitiã ac voluptatem, vt nec verbis ex-
 primi, neq; cogitatione possit vilo modo com-
 prehendi. Hi actus eliciuntur à potentijs huma-
 nis: sed liberi non sunt, eo quod præueniant ra-
 tionem, & nobis non aduertentibus, imo sub-
 inde repugnantibus, adueniunt; vt patet in D.
 Pauli Christum persequentis conuersione. Eli-
 ciuntur tamen à potentijs humanis; quia repu-
 gnat, actum nostrum existere, & eundem nõ esse
 vitalem. Visio namq; intellectio, cognitio, item
 timor, desiderium, spes, actus vitæ omnino cen-
 sendi sunt: intellectus tamen lumine illo vt
 non potest sine vsu imaginationis, tanquam in-
 strumenti sui; vnde statim recurrit ad phantas-
 mata,

*Auxilium
 ac concur-
 sus Dei in
 actibus su-
 pernatu-
 ralis du-
 plex.*

I.

*Ordina-
 rius.*

*Est ali-
 quando
 momenta-
 neus.*

... PERFECTIUS
 ...
 ...
 ...

mata, vt res concipiat; sicut oculo vis imaginaria
ua vtitur ad res corporales recipiendas: & nu
vtimur ad res apprehendendas ac contine
das, quæ alias exciderent. Illustratio quoque
aliquando est diuturnioris durationis, non
mentanea, omninoque à Deo pender, & gra
ta eius bonitate; ideoque illam vel impetu
remouet, quãdo vult. Nihilominus etiam
non censetur homo supra consuetum san
modum eleuari, & vt diuina illa & abdita
ria concipiat, necessario indiget adminicula
maginationis, sicut in omnibus actibus fibe
ritatis, & aliarum virtutum; ita enim D. Paul
Videmus nunc per speculum in enigmate. Prop
quoque subinde in reuelationibus suis re
ginario modo conspiciunt, siue in somnis
vigiles; vt cum Ieremias vidit ollam succen
virgam vigilantem; & Ezechiel quatuor
lia, quorum quatuor facies vni, quatuor
alteri; & Daniel statuam ex varijs metallis
flatam; Ioannes equos, album, rufum, &
grum: ex namque species erant rerum corp
lium & corporales. Hæc tamen non e
intellectus vel phantasiæ eruuntur, sed
miraculo intellectui repræsentantur. Alter
tio stupendo plena miraculo, moræque long
ris est; cum Deus aliquem auocat à sensu
immittens species atque imagines, non
rum corporearum colluue concretas, sed
coelestes ac diuinas, Gratis enim dicitur,
dendas in raptu omnimodas figuras, species
imagines, sine quibus ne Angeli quidem

Aliquando longioris durationis.

Intellectu indigere phantasmatis. 1. Cor. 13. Prophetarum visio nes imagi- varia. Ierem 1. Ezech. 1. Dan 2. Apoc. 6.

2. Extraordinarius. Raptus quid.

resque tam naturales quam supernatura-
 les, cognoscunt. Verum longe sublimiori mo-
 do tunc hominem subleuat, quam prior. Sic
 D. Paulum ad tertium cœlum siue in corpore, *2. Cor. 12.*
 siue extra corpus, abreptum putamus. Lumen
 illud, aut species intelligibiles superna-
 rales, non sunt actus, (quod aliqui imaginan-
 tes obiecta actuum, iuncta cum gratia ad-
 uante ac subleuante infirmitatem potentia
 nostræ, quæ naturalibus viribus ad tam subli-
 mem statum nullo modo potest assurgere. Si
 similiter cum voluntas excitatur atq; inflamma-
 tur cœlesti hac visitatione ac solatio, putandum
 non est ipsam actum non elicere, aut ipsam gra-
 tia abundantiam & influxum esse actum homi-
 nis; auxilium istud est, quo actus perficitur, non
 actus infusus. Perspicuum vero est, ani-
 mam sic eleuatam facillime imo sine labore a-
 gere, ob copiam auxiliij, & vbertatem gratiæ;
 quem gratia Dei portat;
 actus illi eliciuntur ab intellectu &
 voluntate, in quibus formaliter inexistunt, & à
 quibus vitaliter promanant; & per huiusmodi
 actus homo Deo coniungitur, eique firmissime
 adhæret; animusq; quasi brachijs duobus Deum
 summum bonum, modo aliquo præsentem
 complectitur ac detinet, quod Sponsa in Canti-
 canis his verbis exprimit; *Tenui eum, nec dimittam.*
 Hæc tamen vnio non est essentialis; quia non
 potest essentialiter anima Deo vniri, vt statim
 dicemus. Nec etiam est in essentia animæ; nam
 essentia animæ, vt à potentijs distinguitur, nul-

*In raptu
 actus non
 infundi,
 sed à poten-
 tijs elici.*

*Quomodo
 homo passivè
 se ha-
 beat.*

Cant. 3.

lam habet operationem, estque velut humanum corpus, quod detractis brachijs femoribusque, atque euulsis sensibus, instar trunci manet. Differt tamen hæc secunda ratio à priori: quod in ratione ordinaria intellectus vniuersinaria vtatur, seu phantasmatis; secundario præter species intellectuales, supernaturalem virtute infusas, nullam imaginem hauriens sensibus, aut ex phantasia fonte de promptu accipiat. Vtraque tamen agendi ratio per se in animæ potentijs, & per earum actus hoc Deo arctissimo vinculo vnitur, vt solent corporum animi interna quadã necessitudine glutinari; & quo diuturniores atque intensius in se fuerint, eo nos feliciores. Vnde sancti in celo beati sunt, quod actu perpetuo Deo adhaerent; meritoque Rex pius exclamat: *Beati habitant in domo tua, Domine, in secula seculorum, & dabitur tibi.* Per solam vero animæ essentialiter Deo vniri, nulla ratione intelligi posse videtur.

Psal 83.

*Naturam
diuinam
non vniri
proxime
essentia a
nima no-
stra, ratio-
nibus o-
scenditur.*

I.

4. Præter tres supradictos modos, & conflatas vniones, alia assignari non potest. Dei essentia essentialiter vnitur cum anima nostra. Vt enim duo aliqua simul existentia veluti sese penetrantia, proxime vniantur, necesse est illorum alterum suum esse alteri communicare, & ex vtroque tertium quoddam fieri, vt videre est in calore aquam, in anima corpus, & in Verbo diuino naturam humanam penetrante; hæc enim non habent novam vnionem cum ijs quæ ab ipsis penetrantur.

quia suum esse illis communicant : at DEVS
 proprium esse suum animæ non communi-
 cat, neque ex utroque quippiam vnum exsur-

2.

Adde fieri non posse vt vnio diuinæ essentia
 cum essentia animæ sit substantialis; non enim
 essentialis est, qualis inter corpus & animam;
 non est etiam hypostatica, qualis est Verbi cum
 natura humana: neque potest esse accidentalis;
 quia anima non potest immediate à diuinitate
 accipere esse accidentale, cum ipsa sit perfectissi-
 ma substantia; qualis ergo erit vnio illa essentia
 diuinæ cum essentia animæ?

3.

Denique si illis enthusiastis Deus de nouo
 vnietur animæ noua vnione essentiali, id fieri de-
 bet per mutationem Dei aut animæ: non Dei v-
 tique, quia immutabilis est; fit ergo per muta-
 tionem animæ, ac proinde necesse est aliquod
 donum gratiæ animæ aduenire, Deum vero es-
 sentialiter non vniri.

Dices forte mutari animam, non quod fiat a-
 liqua in ea qualitas, sed quia nouo modo sese
 habet, dū ab essentia diuina magis penitusque
 inuaditur ac penetratur. Verum aliter res se ha-
 bere videtur; nam penetratio per intimam præ-
 sentiam & veluti inexistenciam mutuam perpe-
 tuo existit, (*In ipso enim viuimus, & mouemur, &
 sumus*) & quidem tanta, quanta esse potest ma-
 xima. Sicut in mysterio incarnationis, si humana
 natura existisset ante assumptionem à Verbo, &
 nulla fuisset in ea facta mutatio, nec accepisset
 ali-

Act. 17.

aliquem nouum modum intrinsecum, non potuisset nouo modo vniri Verbo, quod antea ei intime præsens.

Hanc veritatem clarissime atque appositissime explicat D. Augustinus his verbis: Cum de

Lib. 2. contra
Maxi-
minum, c.
12. tomo 6.
Matth. 5.

Dominus, Estote perfecti, sicut & Pater vester caelestis perfectus est: non vult illos Deo in vnitate naturæ iungere, tanquam illorum & illius vna eadem natura sit; sed perfectos vult esse in natura sua, sicut

perfectus est in sua, quamuis diuersa, non vna. Quia nisi in ipso simus, omnino esse non possumus. Non in illo sunt omnes, quia ipse continet omnia que

Act. 17.
Eph. 5.

uit, propter quod dictus est non longe positus ab quoque nostrum; sed sicut in illo sunt tales, quod dictum est, Fuiſtis aliquando tenebra, nunc autem in Domino. Hæc Augustinus. Ex quibus patet

impropriam esse locutionem dicentium, quod in manu, cum Deo fruitur, & solatio ac visitatione cælesti exardescit, vniri Deo essentialiter; et tamen quidem de natura Christi humana id ad se non potest: non enim natura humana in Christo essentialiter vnita est naturæ diuinæ proxime vnita Verbo. Quod si ergo de Christi quidem natura id concedi potest, multo minus nostræ.

Infundi à
Deo actum
amoris in
essentiam
anima, tri-
bus modis
posse intel-
ligi.

5. Videtur etiam admodum improprie dici infundi animæ actum amoris infiniti. Actus enim ille, qui Inactio dicitur, aut actus erit elicitus à Deo infinitus: aut creatus extra potentiam seu voluntatem hominis: aut elicited à voluntate humana, sed singulari Dei conceptus fu.

Modus.

Si hoc postremum: non tantum Inactio

est summa hominis PERFECTIO, sed etiam *Perfectio-*
 actus caritatis obedientialis, imo & actus fidei, & *nem non*
 (quod amplius est) actus timoris Dei à grauissi- *consistere*
 mo peccatore elicitus: non enim humana vir- *in auxilio*
 tute, sed plane diuina ope, in animam infusa *supernatu-*
 rali.
 elici debet. Non ergo pij illi homines de auxi- 1.
 lio ac concursu supernaturali intelligunt illam 2.
 Inactionem: alioquin aut nihil noui dicere-
 tur: aut certe verum non esset, Inactionem
 esse hominum PERFECTIIONEM. Accedit, 3.
 inbunde in recenter conuersis, nondum excuf-
 sis passionibus ac infinitis defectibus, plus vo-
 luptatis ac quietis, plus ardoris subsidijque, in-
 dicatorum beneuolentiæ diuinæ, quam in ijs
 qui in PERFECTIIONIS statu prouecti sunt,
 quique pæne omnes defectus ac animi pertur-
 bationes exuerunt, inueniri: erunt ergo ij sta-
 tum perfecti, quia Inactionem illam perfectius
 recipiunt? Quid dicam de peccatoribus gra-
 uissimis, meretricibus, & concubinarijs, qui 4.
 tanto æstu & voluptate illico rapiuntur, vt nul-
 lo suo pæne labore pœnitentias grauissimas
 subeant, lachrymas vbertim fundant, sponte
 manent in flagella, à pedibus Confessarij auelli
 non possint? hinc censendi erunt affectiti PER-
 FECTIIONEM: quia signa longe maiora di-
 uinæ beneuolentiæ, quam iusti quidam, ex-
 periantur? Aliud ergo per Inactionem signi-
 ficatur, quam auxilium speciale, quod omnibus
 actibus supernaturalibus tribuitur: nam mo-
 ram mutationem, euulsionemque omnium
 imperfectionum, actum caritatis, ac resigna-
 tionis

tionis perfectissimæ, tanquam necessariam dispositionem prærequirunt.

6. His addo, complexus illos diuinos, speciali tantum concursu fiant, nihil esse aliud, delectationem prouenientem ex præsentia amantissimi Patris, singulari quodam lumine perfecto amoris seu charitatis actu apprehensa, atque ad eam omnes virtutum & habituum

Perfectionē non consistere in quiete & delectatione.

actus referri volunt. Atqui delectatio & quietas finibus constitui non debent; cum omnino Theologorum iudicio, maxime D. Thomæ medicis misceantur, aut certe obtineri non possint, nisi cum eo quod ut finis expeditur acquiratur. Quare quies & delectatio percipitur in illa visitatione cœlesti; quia anima

1. nis per veram caritatem, in qua hominis consistit PERFECTIO, Deum præsentem habet, que talem apprehendit & experitur supereminente incredibili solatio, immenso gaudio & contentibus illius præsentis ac beneuolentia tua. Ergo quies illa, seu Inactio, PERFECTIO nostra esse non potest.

2. Accedit quod gaudium, vulgi opinione propter insignem sensus voluptatem longe præferri solet, quam actus ille per quem acquiritur: effert enim (si magnum est) hominem transmutat secundum affectum, & diffundit se: subinde etiam pæne mentem eripit. Sic nimis dolor ita afficit internos externosque, ut ad se totum hominem rapiat: sic & vehementius gaudium cogitationem affectumque capit; plusque sese exerit, quam res ipsa quæ delectat.

Voluptatē pluri fieri vulgo, quā

tionem illam induxit. Verbi gratia: qui edit fa- ^{actum per}
 melicus, de comestione ipsa non cogitat: & quem ipsa ^{generatur.}
 quod ægroto esset molestum edere, illi non est:
 tione per imaginationem quidem molestiam
 illam apprehendit, edendiue laborem; & ta-
 men, si non ederet, voluptatem non sentiret.
 Sic qui rem amarā videt, qui tangit, qui audit,
 non solet reflectere super actione sua, quæ ta-
 men causa est voluptatis exercitæ: eaque actione
 sublata, omnis voluptatis corrumpitur sensus. Ex quo
 patet, vulgo & plerumque fieri voluptatem quæ ex
 aliquo actu percipitur, quam actum ipsum: &
 oculos in delectationem homines solere con-
 vertere, etiam si sæpe ignorent unde quibusue
 rationibus ipsa delectatio oriatur. Ita fit in diui-
 nis illis visitationibus. Ideo finem in delecta-
 tione vulgo constituunt, non in actione quæ
 delectationem parit & quietem. Ex vehementi
 enim amoris vi, qua anima Deum sibi deuincit
 ac conglutinat, oritur quies & delectatio: tolle
 amorem, tolle actum illum quo Deus tenetur,
 corrumpitur omnis delectatio ac suauitas quam ex-
 periris. Pono exemplum hominis sic eleuati
 & absorpti cœlesti voluptate, vt simile quid
 nunquam expertus sit. Illo rerum statu data o-
 pera desinat ipse cogitare de Deo, desinat ama-
 re, vel animo solo pecuniam attente numeret,
 tota illa spiritalis fabrica momento abripitur,
 sicque ruit, ac si nunquam fuisset. Non igitur
 quies illa ac voluptas pro fine habenda est, nec
 PERFECTIO dicenda, sicut nec in beatitu-
 dine gaudium, quod ex possessione summi
 boni

boni nascitur: nam gaudium non est finis
 minis, nec eius beatitudo: omnis quippe
 dignitas ex operatione illa p̄det, qua Deus
 detur. Hinc fit vt in actibus amoris vesanti
 ctatio ac quies turpis sit, quia amor ipse
 est. Iudiciũ ergo de quierẽ ac delectatione
 finibus actionum nostrarum, vulgi iudicium
 ex sensu iudicantis. Aliter rem sese habere
 uincunt ea quæ diximus.

2. *Modus
 Inactionẽ
 seu Perfe-
 ctionem nõ
 esse actum
 creatum.*

7. Ad alterum venio: quod cum illa
 non sit solum auxilium speciale, ac eximus
 dam concursus diuinæ visitationis, (nihil
 noui diceretur, idque esset vel etiam cum
 catoribus commune) discutiendum est,
 forte esse possit quidam actus à Deo creatus
 animæ vehementer amanti benequẽ dispo-
 situs, quo tanquam diuina ac infinita ag-
 vi, sine suo vlllo labore ac operatione, Deo
 mo Patre perfruatur: ne, si operatione
 propria, sese quippiam humani commo-
 milceat. Primum peto an Inactio hæc actio
 Actio est. Peto iterum cuius illa sit, Delam
 minis. Dei vtique est, non hominis. Peto
 tio qui vocetur, visio an amor. Non visio
 visio hominis est, illuminatio Dei: atque
 iste actus Dei est: non est ergo visio. Actio
 quod visio sit in intellectu, Inactio vero in
 mæ essentia esse dicatur: non est ergo Inactio
 fio: sicut gratia habitualis, quæ est in essentia
 nimæ, non est cognitionis actus. Non est
 amor, quia & iste excluditur. Estne quies
 Peto vltterius an omnimoda quies, vt

cogitatio aut amoris actus in homine. Si nul-
 lus actus in anima remaneat, credibile non est
 quippiam superesse, ipsamque plane esse otio-
 sam, innasque illud quod doctores vocant in
 spiritualibus otium perniciosum: quæ stupiditas
 que iam est animæ nihil cogitantis. Et gratis di-
 cur, posse animam sine cogitatione amare: nã
 cogitatione omni sublata, corrumpitur omnis actus
 voluntatis, vt iam diximus: multo magis si ani-
 ma omni plane actu suo careat: nam anima sine
 potentiis instar trunci est: sicut corpus sine vllis
 sensibus, somnoque sopitum: videretur ergo
 potius dicendum, quietem illam esse amici pos-
 sessionem ac fruitionem, & per consequens esse
 actum voluntatis: nam fruitio & gaudium actus
 voluntatis ab ea elicit: non ergo Inactio
 erit actus creatus & infusus, sed gratia singu-
 larum potentia concurrente productus.

Verum redimus ad priorem modum, qui
 non videtur esse ex mente illorum auctorum, vt
 potest qui hominis actum omnem eliminant.
 Sed intelligi non potest quomodo Deus actum
 vitalem creare possit sine cuiusquam vita ac po-
 tentia viuente, quam vitaliter informet: fruitio
 enim & delectatio sunt actus vitales. Ex quo
 ergo prodeunt? Si enim Deus infundere potest
 actum vitalem in animam hominis, (vt
 sentet Occam, Marsilius, & Paludanus de actu
 beatitudinis) eundem in aere poterit constitue-
 re: sicque aer diceretur videre, amare, & frui: sicut
 & caput hominis, si actus ille in illud ve-
 lut globus deuoluatur: quod omnino ab-

Cc

sur-

*An Deus
 actum crea-
 re possit.*

*In dist. q. 2.
 In 3. q. 10. a.
 2. in dub. in
 cid. concl.
 4. & 6.
 In 4. dist.*

49. q. 1. a. 2.
concl. 3.

3. Modus.
Inactionē
seu Perfe-
ctionem nō
esse actum
in creaturam

1.
Ses. 6. can.
10.

3.
Deus sup-
plere non
potest effe-
ctum opera-
tionis vita-
lis, duplici
de causa.

1.
2.

surdum est, & intelligibile, ut statim dicitur.

9. Illud ergo, quod tertio loco supererat, statuendum est, nimirum Inactionem illam esse actum creatum, sed increatum & infinitum quo benignissimus Deus in animam hominis illabatur, solusque operetur, & sua creaturae arbitrio ac beneplacito tamquam suo iumento rationali utatur. Veram hic loci admodum conformis definitioni Concilij Tridentini, quo contra Lutherum & Osiandrum definitur, nos non esse iustos per iustitiam Christi. At si perfecta nostra consistit in Inactione seu actione Deo creata, non est in nobis iustitia, sed in Deo inhaeret: nam si perturbatio superuenisset, finimus esse perfecti, quia nulla quies superest.

2. Deinde, quantumcunque perfectus, non potest mittere iustitiam: at Dei actus infinitus non potest, sicut nec Deus mutari. Atque quod fruitio infinita sit ipse Deus: atque contradictionem, Deum per seipsum suppletum operationis seu actus vitalis, idque duplici causa: quarum prima est, quod in actu vitali cludatur esse causam formalem, seu infinitam potentiam: debet enim actus vitalis infinitam potentiam à qua elicitur: vita namque debet esse in viuente: Deus vero rationem causalem absque controuersia supplere non potest: id enim summæ imperfectionis est, ut ait clarauimus. Altera causa est, quod actus vitalis non possit dare esse potentiae, neque eam

re, nisi ab ipsa effectiue procedat: quod repu-
gat fruitioni ac delectationi increatae.

Inactio

Quid ergo est demum illa Inactio, in qua
consistet PERFECTIO? Si quidem de actione Dei
in nobis operantis agatur septem Inactiones
notare possumus.

*Dei septem
modis con-
cipi potest.*

1.

Vna est, quam Deus operatur per gratiam
conuenientem etiam in grauissimis peccatori-
bus. Et sane si quaestio sit de Dei actione operan-
te sine cooperatione voluntatis: praeventio il-
la qua Deus animam nostram praecupat, siue
amine immisso, siue impulsu voluntatis, praeter
ceteris maxime Inactio dicenda erit: nulla enim
actio est supernaturalis in qua minus operamur
in qua Deus magis solus operetur: nam primi
illi motus liberi non sunt, sicut nec in peccati
seu fomitis motibus primo primis: vnde meri-
to, praeter ceteris praemotions ista Inactionis me-
rentur nomen.

2.

Agit deinde Deus in nobis, cum poenitentiae
gradibus sensim ad iustitiam tendimus, fide timore,
spe, amore seruili, detestatione peccato-
rum: his enim Deus concurrere debet, & non
solum operari: ideoque Inactiones illi virtu-
tum actus dici possunt, & multo magis (quod
tertium Inactionis genus est) actus virtutum
spei, caritatis, odij sui ipsius, ad epta iam iustitia.

3.

4.

Illae quarto loco ponendae singulares Dei vi-
sitationes, de quibus Sponsa in canticis: *Ani-
ma mea liquefacta est, vt dilectus meus locutus est*, Mol-
lescit enim cor durum, imo instar cere

Cant. 5.

liquefcit, ac in fuauiffimas lacrymas refoluuntur. Deoque quodammodo mifcetur, ob affectum excitati teneritudinem: quod viris perfectis inde accidit: non negat tamẽ idipfum benigniffimus Deus etiam bene imperfectis. Cur quia Dominus eft, quia ita placet, quia tirocinium fuum hac efca velut hamo irrefcare vult, & fim ad PERFECTIIONEM adducere. Inactio eft: non tamen tollit liberum arbitrium. **D E V S** folus agit; anima enim tunc & gaudet, & Deo fruitur, non magno quo fuo conatu, abundantia nempe gratiæ portante: agit tamen homo, & actus vitalis licit.

5. Omitto pro quinta actum Dei creaturæ
6. animam illapsum. Omitto & pro fexta actum creatum; qui fi infundi poffent animo, effent Inactiones, & quidem proprie dicitur.
7. Vltimus eft raptus, fub quo aliqua propheciæ & reuelationes fublimiores comprehenduntur. Hoc homo fuper fe eleuatus, nec fenfibus vititur, nec phantafmatibus ad operationes intellectus eliciendas: his enim Deus fufficit. Quædam fpecies intellectuales, quibus mensura ftrata videt, guftat, audit Dei arcana, quæ licet homini loqui: & quo clarius ea intuetur, eo amat ardentius, eo fuauius delectatur. Inactio non eft actus creatus infufus, nec increatus, fed vbertas quædam & profufio diuinæ benignitatis fele amiciffimæ Sponfæ communicantis.

Præter has septem in hac mortali vita nul-
 lum Inactionis genus reperio : his enim homo
 perficere se habet, sed diuersis gradibus. In quo
 eadem horum PERFECTIO constituenda est?
 Non in raptu primum ; nam raptus nusquam
 proponitur tamquam PERFECTIO nostra,
 ut non sit in hominis potestate : est enim
 miraculum manifestum, ut homo absque phan-
 tasmate intelligat ; nec species illæ intellectu-
 ales, quæ à Deo communicantur, in hominum
 sunt potestate. PERFECTIO deinde nobis
 debet in hære, nec temporum varietate diuel-
 li, ut, qui iam perfectus est, illico nulla sua culpa
 desinat esse perfectus. Denique desperarent om-
 nes, si hæc Inactio proponeretur tamquam
 PERFECTIO nostra: cum plurimi sint, qui nec
 ad capiunt quidem : nec Deus etiam statuit eum
 fauorem elargiri, ut patet experientia: si enim o-
 mnes rapti essent, desciscendum esset ab omni
 opere, & sine cibo viuendum : nulli essent agri-
 colæ, nulli pistores, nulli sartores : quæ uiuen-
 di ratio futuræ vitæ reseruatur ; paucis ex-
 ceptis.

*Perfectio-
nem non
consistere
in raptu.*

- 1.
- 2.
- 3.

— quos equus amauit

*Virgil. li. 6.
Æneid.*

Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus.

*Perfectio-
nem non
consistere
in excita-
tionibus ad
virtutem,
nō in acti-
bus pœni-
tentia, nec*

PERFECTIO non consistit in diuinis exci-
 tationibus; non in actibus pœnitentium ; non
 in plerisque actibus virtutum, ut fidei, spei, ac
 cuiusuis caritatis, quia hæc non excludunt maxi-
 mas imperfectiones: nec in actibus quoq; crea-
 tis extra potentiam, nec etiam increatis, quia ta-
 les nullos esse probauimus ; nec denique in illa

*LIBER PRIMVS
DE PERFECTIO
DEI*



nec plerisq;
virtutum
actibus. De
lectatione
non esse
Perfectio-
nem.

1.

2.

Psal. 2.

3.

4.

unionem cum Deo, ac quiete, quam quarto loco collocauimus, si eam ab actu veræ caritatis res, quod pij auctores faciunt: nam fructus Dei nihil aliud est quam decor atque efflucentia amoris, & ab ea pendet velut à causa paratur deinde delectatio in hac miseriarum le frequentissime ab anima actusque summitatis ab illa suauitate. Perfectus erat Iob, tamen horrende Deum timebat, sensumque illum delectationis aut quietis forte toto tempore afflictionis suæ expertus est. Perfectus David & tamen, *Seruite*, ait, *Domino in timore, & cum ei cum tremore*. Christus denique in cruce delectus à Patre nullam perfectæ caritatis dulcedinem percipiebat vt viator. Et tamen hi omnes erant perfecti. Adde, experientia testatur, niri non paucos, qui e. si puritati ac PERFECTI diligentissime incumbant, tamen tota sua consolationes illas eximias experti sunt. Certe, si cetera non desint, nemini bit, tales perfectos esse censendos: solatio illa à Dei benigna manu promanant: nos nobis dependent, nec in nostra sunt potestati quidquid egerimus. Interdum diuina arbitramur motiones naturæ, sensus delectationum, meditationis ac orationis temperantur quæ in complexione sanguinea sæpius experitur quam in melancholica: et si forte PERFECTIOES longe maiores sunt in durioribus quam mollioribus corporibus. Scriptura sacra, Patres, ipsa demum Ecclesia Catholica non est admodum sollicita nos excitare

In actionem tamquam PERFECTI^{ONIS} ^{Ioan. 16.}
 calmen, sed ad bene agendum. *In mundo*, ait Chri-
 stus, *pressuram habebitis : sed confidite, ego vici*
mundum. Hortantur ergo hi ad pugnandum, ad
 multa patienter toleranda pro Christo, ad fidu-
 ciam in Dei benignitate reponendam, ad con-
 stantiam in Dei lege seruandam. Illud omitti nō
 debet, Inactionem illam multis esse incognitā,
 obscuram, ac difficilem intellectu: imo præmis-
 sis nihilominus hisce omnibus vix dum consta-
 re quid sit. Nemo vero fertur in incognitū. Cla-
 ra, obuia, perspicua debet esse PERFECTIO
 ut appeti possit: alioquin tirones desponde-
 bunt animum sola ignotæ perfectionis recor-
 datione. Ad metam mihi currendum est:
 brauium agnoscam oportet, quod ad curren-
 dum me inuitet. Delectatio denique, vt dixi-
 mus, actionum nostrarum finis esse non potest
 cum ad amorem conseruandum eiusque vsum
 referatur, non amor ad delectationem: sicut in
 beatitudine gaudium non est finis hominis, sed
 decor quidam ex eo resultans, seruitque in hæ-
 sioni ac possessioni vt conuenienter illi statui
 fiat.

13. Non negauerim tamen gaudium vocari
 beatitudinem, quia gaudium consummatum
 supponit consecutionem summi boni: est enim
 suauissima quædam affectio ac quies inde pro-
 ueniens, ex præsentia nempe & possessione sū-
 mi boni, estque vltima PERFECTIO re-
 sultans ex beatitudine; non tamen in qua cōsi-
 stat beatitudinis essentia. Quod autem animus

non quiescat absente gaudio, est; quia, quatenus
 gaudium abest, summum bonum non potest
 se præsens: eo enim præsentem, non potest
 naturali quadam dependentia illa affectio
 care. Ita & in beatitudine viæ: eo tamen ex
 quod, quia summum bonum nõdum clare
 fideretur & in suo fonte & termino, speque
 tum salui facti sumus, videamus illud in spe
 tantum, & in ænigmatem. Ideo fit ut non
 resultet delectatio, nec emicet decor ille, qui
 beata visione necessario exoritur. Si tamen
 diuinam potentiam restingeretur gaudium
 beatis, permanente visione & amore, (ut
 chior Canus improbabiliter factum esse
 mat in Christo tempore passionis) tunc
 vere adhuc beatus esset, & summi boni
 fionem haberet: careret tamen veluti quæ
 beatitudinis naturali condicione, seu
 passione. Multo ergo magis in viatore
 cessario resultat ex beatitudine viæ illa
 lis delectatio, quæ tentationibus multis
 xia est, ideoque minus digna ut excellentia
 FECTIONIS in ea constituatur.

14. Quare, etsi scientiam mysticam (quæ
 pæne à prima ætate colui) amem, suscipiam,
 hementer laudem, & ad cælos vsque extollam
 utpote quæ multas spirituales opes continet
 ipsamque PERFECTIONEM in suo fonte
 guster: exercitio quoque omnium virtutum
 fusarum, heroicis conatibus, mundo, carne
 mone amore proprio, passionibus subactis
 ritatis finem (quatenus fieri potest) in omnibus

*Lib. 12, de
 loc 14. in fi-
 ne.*

quia, quæ sequatur, ad eumque omnia referat: In multis
non potest enim falluntur tirones: nec ij modo, sed per sæ-
pe & nonnulli sæculares, qui directioni nullius
subiecti, etsi in ea prouecti, suo tamen ingenio
plus æquo tribuunt atq; indulgent: qui nisi hu-
dum clarescunt, & sese spirituali directori regendos
libenter committant, incidunt in tentationes
varias, in desideria vana & inutilia, illusiones
onestas, contentiones varias, quæ mergunt
hominem in interitum, vt in Erone aliis.
Si tamen que spiritualibus viris antiqui Patres obser-
uauerunt.

ore, (vt Mag. Ex quibus patet, PERFECTIIONEM in Ina-
um esse perfectione à perfecto actu caritatis separata consti-
) tunc homini non posse, sed in ipsa potius caritate: non ta-
i boni potestatem omni: est enim quidam Dei amor qui ad
eluti quædam, virtutem Theologicam, pertinet: ex quo
seu profectus nascitur, ac intentio, timor item nõ
atore non acquirendæ beatitudinis, spes demum adipiscẽ-
æ illa semper suo tempore. Hic amor non est PERFECTIO:
multis ob timorem enim (nempe seruilis, qualis est spei) non est
ellentia caritate, sed perfecta caritas foras mittit timorem.

amat deinde amor iste Deum tamquam bo-
icam (quædam, non Dei, sed suum: non quod inordinate
uspiciam, Deo abutatur, quem ad se tamquam medium
que extollat transferat: sed cum indigus sit & imbecillis,
es continet Deus vero perfecte liberalis & opulentus, eius
suo fonte benignitate vtitur ad inopiam suam subleuan-
virtutum suam, imbecillitatem stabiliendam, omneque
do, carne bonum suum assequendum. At nobilius est Deo
s subactis merere propriis expensis, amicitia Dei solo in-
) in omnibus uirtu: qui amor beneuolentiæ est, non concu-
piscen-

*Palladius
in Laus.
hist. lect. 29
30. 40. 42.
10. 7. Bibl.
sacra.*

*Amorem
concupiscẽ-
tia non esse
Perfectio-
nem.*

1.
1. Ioan. 4.
2.

LIBER PRIMVS
DE PERFECTIIONE
CAPITULUM
I



piscentiæ: quæ caritas amicitia in Deum tenet
 ut summum bonum, cui in omnibus, cum
 sine premio, imo cum summis infinitisque
 commodis adhærescere, eique in omnibus
 titur complacere. De qua ita Bernardus
 sine premio diligitur DEVS, etsi ab ipso
 mii intuitu diligendus sit. Vacua namque veritas
 ritas esse non potest: nec tamen mercenaria est,
 penon querit que sua sunt: affectus est non contractus
 nec acquiritur pacto, nec acquirit; sponte afficitur
 spontaneum facit. Verus amor seipso contentum
 habet premium, sed id quod amatur, nam quod
 propter aliud amare videaris, id plane amas quod
 ris finis pertendit, non per quod tendit. Paulus
 euangelizat ut comedat, sed comedit ut euangelizet
 eo quod amet non cibum, sed Euangelium. Verus
 amor premium non requirit, sed meretur. Pro
 sane necdum amanti proponitur, amanti debet
 seueranti redditur. Hæc Bernardus. Amator
 ro concupiscentiæ, licet bonus & iustus
 (tendit enim in DEVM, illumque
 rar, dum ab illo sese dependere & sine eo
 sistere non posse profiteretur, sensimque
 rum amicitia amorem inducit) meretur
 tamen est, eumque proprii commodi
 merces ac lucrum progignunt, atque ex
 sua ad bonum amanti inclinant. Ad
 talis amor sine caritate non sufficit, nec
 tem saluare possit; magnæque præsumptio
 sit, eum sperare atque expectare, quæ
 caritate non diligas. Quod de spe tenet
 concupiscentiæ statuo, idem de ceteris

Lib. de di-
 ligendo Deo,
 ante me-
 dium.

bus constituendum est, quæ sine caritate mor-
tæ sunt.

C A P. XXXI.

PERFECTIONEM in Caritate
consistere.

Nihil Deus in hoc mundo præclari ho-
minibus propositum esse voluit, cu-
jus affectio non insigni labore constaret, ac
industria. Non eruantur auri argentive de fo-
dinis metalla, nisi & labore, & expensis innu-
meris: & qui addit scientiam, quæ in præclariori-
bus mortalium bonis censenda est, addit & la-
borem. Quis denique scepra & diademata vir-
tute consecutus est, quin prius vires exhausserit,
facultates suas effuderit, vitam denique mille
periculis exposuerit? Virtute nihil est præcla-
rius, nihil illustrius PERFECTIONE: quæ si
mortalibus cognita foret, atq; obuia, omnium
ad se animos raperet: nec quilibet ullis labori-
bus, pœnis, ac doloribus ad eam assequendam
parceret. Sæculi huius homines, vmbra eius
concupientes, quid non faciant?

*Præclara
res non si-
ne labore
acquiruntur.*

- 1.
- 2.
- 3. *Eccle. 1.*

Olim in campo Olympico ludi fuerunt in-
stituti ab Hercule, excitandis ad virtutem ho-
minum animis: in quibus quinque exercitia
præcipue vigeabant, de quibus Homerus Iliade
penultima; quæ Simonides hoc carmine com-
prehendit.

*Exercitia,
seu ludi in
campo O-
lympico
quinque
Natalis
Comes & b.*

Ἄλμα, s. ca. 1.

LIBER PRIMVS
CAPITULUM XXXI
PERFECTIONEM IN CARITATE
CONSISTERE